

n. 1016; Beleni, quem vel imperatores Aquileiae coluerunt et auctores celebrant (v. ad n. 732), sacerdotes publici in titulo nullo comparent, cum adsint Bonae deae magistrae (n. 757. 758. 759). — *Sex viri* abundant et condicionis sunt libertinae omnes; contra *sex viri et Augustales* quattuor tantum adsunt (n. 828. 832. 1004. 1758; cf. n. 985) eorumque secundus sic eum honorem effert, ut appelletur *sex vir et decurionum decreto Augustalis*, quasi alterum officium solum ei iniunctum sit ordinis decreto. Quod confirmat titulus n. 827, in quo duo homines nominantur alter *sexvir*, alter *Augustalis decurionum decreto*. Titulus autem Cividalensis n. 1768, in quo videtur nominari *sexvir Augustalis Aquileiae*, non satis certae lectionis est. Praeterea in inscriptione n. 1012 posita opinor imperantibus Severo et Caracalla collegium videtur dici *Sept(imiani) Aureli(ani) Aug(ustales) seviri* vel si mavis *Sept(im) Aureli Aug(ustorum) seviri*. Pro splendore municipii splendidum fuisse etiam *collegium fabrum* (cf. n. 866. 1012. 1020) consentaneum est; splendoris indicia sunt inter alia *praefectus et patronus* (n. 749) et *decurialis* (n. 731); notabilis est *dolabrarius collegii eius* (n. 908). Cum hoc iunguntur solito more duo collegia similia *centonariorum* (n. 749. 1012. 1020) et *dendrophorum* (n. 1012). De *collegio veteranorum* n. 784 suo loco quaedam adnotavimus, ut item ad n. 893 de militem legionis XI Claudiae titulis Aquileiae repertis, coniunctis fortasse cum Sarmatis gentilibus labente aetate in

Venetis imperatorum iussu collocatis. — Eius modi rei publicae facultates cum amplae fuerint necesse est, non mirum est praeter vilicos summarum servos eius (n. 737 et n. 1038) complures reperiri et servos eius et libertos, qui tam masculi quam feminae dici solent *Aquileienses*. Denique antiquissimae originis quamquam pro re exigua, tamen non spernenda indicia etiam tituli servarunt ex sermonis scripturaeque proprietate ad liberae rei publicae aetatem referendi, quales sunt praeter eos quos vol. I. n. 1456—1461 composuimus n. 971 aliique.

Proponuntur hoc capite primum tituli reperti Aquileiae et ad Aquileiam, maxime in tractu inter fluvios Sontium (Isonzo) et Alsam (Ausa) a litore maris et Grado oppido ad Palmam, ubi vici pagique omnes vestigia monstrant antiqui splendoris urbis Aquileiae. Contribui autem cum his item et repertos trans Isontium ad S. Canciani, Ronchi, Monfalcone, Gradiscam, et qui sparsi sunt per vicus inter Palmam et Utinum Gonars Cestions Lavariano Chiasottis Percoto Camin Buttrio Rosazzo, et adservatos Utini, cum praesertim plerique qui inde innotuerunt non tam eruderati sint ibi quam delati ex ruderibus Aquileiae in domus villasve nobilium et honestiorum quae ibi inveniuntur. Nec quicquam in harum partium titulis observavi, cur separarem ab Aquileienses reliquis.

725 Gradi iuxta ecclesiam POC. e regione cathedralis ecclesiae CORT. apud Zanettos ASQ.

diti . patri
ET . AERECVRAE Pococke p. 126, 8; Cortenovis ms. p. 85, qui vidit a. 1786; Anonymus Pironae; Asquini apud Pironam; Hattinger descripsit Kandlero (inde

pars edita est in Istria 1848 p. 294).

1 habet Poc. solus; a v. 2 incipiunt reliqui auctores, e quibus fracturam adnotat Cortenovis; contra Anonymus Pironae: *lapide intiera, ma sopra può aver posata un altra*. — 2 ET CORT. ANON., EF POC., B·F ASQ., ··L Hatt. — AERE·CVRAT CORT. ANON., A·FRICVRAE ASQ., AERE·CVRA·· Hatt., AE·RECVRAE POC. — 3 M· om. Hatt. in lac. — AVRELLEO ASQ. — 4 SCAVRVS CORT. solus. — 5 inter EX et VOTO inserit C^u Hatt.

De Aerecura vide quae dixi apud Gerhardum *archaeol. Anz.* 1865 p. 88.

726 Aquileiae apud Moschettinium.

ESCVLAPIO
AVG·SAC Descripsi.

727 Aquileiae apud Moschettinium.

E G I R V S
M · L · M · S
AESCL·V·S·L·M

Moschettinius ms. duobus exemplis, inde Steinbüchel *Wiener Jahrb. A. B.* 48 (1829) p. 85. EGIRVS | M·B·M·S | AESCVL·V·S·L·M exemplum posterius. Tribus litteris M·L·M tria nomina domini significantur.

728 Aquileiae apud Moschettinium.

ae SCLAPIO
a VG
sacr VM
NIA Descripsi.

729 Aquileiae apud Moschettinium.

AESCV
LAPIO
AVG·
SAC
MAC Descripsi.

730 Aquileiae apud Moschettinium.

AESCVLAP
ET·HYGIAE
AVG
ODIA Descripsi.

731 Aquileiae rep. 1818, extat apud Moschettinium.

AESCVLAP
ET·HYGIAE
AVG·SACR
C·STATIVS Descripsi. Exhibent Moschettini ms.; *Wiener Jahrb. A. B.* 12 (1820) p. 28; Zandon. p. 209.
5 MOSCHVS
IIII·VIR·AQL
DEC·COLL
FABR
V·S·L·M

732 Aquileiae in aedibus Faccini BERT. in casa privata alla colonna del fenile che conduce alla stalla CORT.

apollini BELENO
imperator ES·CAESARES
c. aur. ual. di OCLETIANVS·ET
m. aur. ual. m AXIMIANVS
5 p. f. inuic d AVGG
DEDICAVERVNT

Beretta ms.; Bertoli apud Mur. ms. et 1987, 6 et in syll. p. 433 n. 643; Moschettini ms. (ex hoc Zandonati p. 212); contulit Cortenovis a. 1778; item fortasse Kandlerus.

2 ES·CAESARES CORT., Z CAESARIS MOSCH., CAESARER KANDL., CAESARES REL. — 3 sic Ber., OCLETIANVS (om. ET) BERT., DYOCLETIANVS·ET MOSCH., IANVS·ET KANDL.; — 4 MAXIMIANVS MOSCH., AXIMIANVS BERT. MS., MIANVS KANDL. — 5 II·AVGG CORT., DI AVGG BER., II AVG···· MOSCH., AVGG BERT., KANDL. — 6 DEDICAVERVNT BER., DEDICAVERVNT KANDL., EDICAVERVNT BERT., EO DEDICAVERVNT MOSCH.

Cf. praeter titulum n. 803 ab iisdem imperatoribus dedicatum Soli Herodianus 8, 3: καὶ χρησμοὶ δὲ τινες ἐδίδοντο ὡς δὴ τοῦ ἐπιχωρίου θεοῦ νίκην ὑπισχυομένου· Βέλenu (βέλenu cod. Ven.) δὲ καλοῦσι τοῦτον, σέβουσι τε ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶναι ἐδέλοντες. οὗ καὶ τὴν εἰκόνα ἐλεγον τινες τῶν Μαξιμίνου στρατιωτῶν φανῆναι, πολλάκις ἐν αἴρι ὑπὲρ τῆς πόλεως μαχομένην. Item quae Herodianum secutus scribit qui Maximini vitam enarravit c. 22: *deum Belenum per haruspices respondisse Maximinum esse vincendum; unde etiam postea Maximiniani milites iactasse dicuntur Apollinem contra se pugnasse debere nec illam Maximi aut senatus, sed deorum fuisse victoriam*. Tertullianus apolog. 24: *unicuique etiam provinciae ... suus deus est, ... ut Norici Belenus*, item ad nat. 2, 8: *quanti sunt qui norint ... Belenum Noricum*. Ausonius profess. 4 de rhetore Gallo: *tu Baiocassis stirpe Druidarum satus, si fama non fallit fidem, Beleni sacratum ducis e templo genus et inde vobis nomina: tibi Paterae (sic ministros nuncupant Apollinares mystici) et de fratre eius ibidem c. 10: nec reticebo senem nomine Phoebicum, qui Beleni aedituus nil opis inde tulit ... stirpe satus Druidum*. Tituli tamen Beleno sacri non reperiuntur nisi in Carnis, non Aquileiae solum, sed etiam Iulii Carnici et Concordiae; extra Carnos autem reperti, ut Venetiae complures et Arimini unus (Tomini Rimini p. 231), eo translati videntur ex Aquileiae rudibus. Origini igitur sive Noricae, sive Celticae eius numinis minime respondent nec satis caute, opinor, Iac. Grimm (*deutsche Myth.* p. 579) eo usque processit, ut Beal Celtarum nescio quem Solem cum Beleno componeret. Nam Ausonius sine dubio ut tum solebant docte magis quam perite in nomine lusit Belenum usurpans pro trita Apollinis Phoebive appellatione; Tertullianus autem numen proprie Carnicum pro numine habuit provinciae vicinae errore in eiusmodi scriptore minime incredibili. Belignam vicum ab Aquileia proximum orientem versus ab huius numinis templo appellatum esse multi observarunt. Ceterum Beleni forma frequentior est, sed etiam Belinus scribitur non raro.